

4719 cippus ex lapide Tiburtino altus c. 68, latus c. 56, crassus infra c. 24, supra c. 20; *rettangolare ma non parallelepipedo, attesoche la sua estremità superiore mostra una superficie conversa e ricurva in direzione delle sue facce maggiori*. Scriptus est litteris antiquissimis, inter quas nota R et versu certe 6 N formae singularis, nec recte Garruccius cum parum bene legisset, titulum ad antiquum exemplar male restitutum esse statuit. Rep. est a. 1874 in sinistra ripa Volturini fluvii in agro vici Francolise, quarto fere lapide ab eo vico, M p. tam a rivo Savone quam a locis duobus proximis cultis S. Andrea del Pizzone et Giamprisco, quinto et amplius a Calibus, decimo a Casilino; *entro un latifondo del Sig. Augusto Monaco detto la Marchesa. I vecchi abitatori del luogo ricordano ch' essa molti anni indietro vedeasi confitta verticalmente nel suolo e veniva per tradizione d'origine immemorabile appellata il terminone MANCINI*. Hodie Portici in villa eiusdem Monaci. Ectypum gypsaceum ex liberalitate domini lapidis intercedente praefecto musei Neapolitani Iulio de Petra illatum est museo Berolinensi.

R · V H D O / / / / /
V · AVTRODIV C ·
S · RACHCTIV · S ·
S · THDITIV · S ·
5 STATVHNDOS
LOCAVH RVNT

Photographice depictam ad ectypum gypsaceum huic editioni adiciendam curavi. Ipse contuli ectypum gypsaceum; lapidem mea causa diligentissime descripsit Zangemeister. Ed. Carm. Mancini *Giornale degli scavi di Pompei* 3 (1877) p. 181, 4 (1878) p. 16 seq.; Garrucci *Civiltà cattolica* ser. X vol. 5 (1878) p. 343 et denuo ad ectypum ligno incisam ibidem vol. 7 (1878) p. 213.

1 prima litteram cum puncto sequente et quinta cum certae sint, de reliquis aut parum constat aut evanuerunt totae. R(ecta) r(egione) pro-
x(imus) cip(pus) p. . . . Mancinius, Q·COPORVS Garruccius. Quod ait ille inter v. 1 et 2 interstitium intercedere reliquis maius, est quidem verum, neque tamen id tantum est, ut eo cogamur primum versum ab iis qui sequuntur argumento separare. — 2 prima littera Garruccio visa est D. — AVTROLSVC Mancini, AVTROLIVS Garr.; tam mihi quam Bormanno de sexta littera parum constabat, sed ut N vix admitti posse videretur, cogitarem ego de D, Bormannus de D vel B; ultimam constabat esse C, non S. — 3 prima littera S est, non N, ut visa est Garruccio. — Vocabuli quod sequitur prima littera R est, non ut vult Garruccius, P; tertia dubia, sed magis C quam F, cum virgula obliqua, propter quam de F cogitavit Zangemeister, casu accessisse videatur; octava V magis quam H. Punctum certum est. — 5 STATVHNDOS Mancinius et Zangemeister, recte opinor, quamquam verum est sextae litterae hastam posteriorem et septimae primam parum cerni; STATVRVDOS Garruccius.

Quattuor nomina filii vocabulum omittunt omnia consuetudine et Graeca et Osca quamque aliquando apud Romanos quoque obtinuisse antea ratione et analogia efficiebamus, iam vero certo exemplo cognoscimus. Praenomina Vibii, Spurii, Gai nota sunt, quartum R, quod nunc primum emergit, potest fuisse Rullus vel Rufus. — *Terminos* vocabulum cogitatione supplendum est, ut in aris Campanis duabus vetustissimis supra n. 3807. 3808 legitur non *sacrum*, sed *sacra*, similiter in Albensi vol. IX n. 3948: *L. Cornelio L. f. Sul[lae] . . . publice statuta*. *Terminos* cum appareat statutos esse a quattuorviris (nam etiam in primo versu nomen viri perscriptum fuisse constat maxime propter punctum quod sequitur primam litteram), ii quaeritur quinam fuerint et quem agrum terminarint. Iam cum titulus inventus sit in medio agro Falerno, quem supra p. 365 vidimus initio saeculi quinti populi Romani factum esse et statim civibus adsignatum colonia nulla eo deducta, ad hanc adsignationem probabile est titulum pertinere. Itaque termini hi positi sint necesse est iussu populi Romani, non municipii cuiusdam coloniaeve; nam de colonia Urbana a Sulla deducta quominus cogitemus, et scriptura et orthographia impediunt omnino aetatis

remotioris; neque alia ulla est res publica, cui eiusmodi adsignationem recte attribuamus. Quo tempore termini hi positi sint, per se ambiguum est; nam ut cum ipsa prima adsignatione facta per a. 444—436 terminatio recte coniungitur, ita postea quoque facile fieri potuit, ut termini sive inter agrum privatum eumque qui populi remansit sive inter ipsos agros privatos requirerentur. Orthographiae autem indicia quinto saeculo magis conveniunt quam sexto; nam *-erunt* ante saec. VI medium in usu fuisse satis audacter Mancinius negavit. E contrario filii vocabulum omissum et praenomen illud quodcumque fuit certe postea exoletum, deinde vocabulum *terminos* vetustissimo more omissum, denique gentilicia *Autrodiu(s)*, *Racectiu(s)*, *Teditiu(s)* formae admodum singularis vetustatem demonstrant, quam Latinorum titulorum adhuc inventorum vix ullus attingat. Id ipsum confirmat numerus magistratum. Nam similium collegiorum quae praeterea exempla suppetunt cum omnia aut ad impares numeros aut ad denarios constituta sint, hinc emergunt quattuorviri agris dandis adsignandis, quos probabile est tresviro et quinqueviro eius generis aetate similiter praecessisse, atque oratores bini quaternive vetustiores sunt legatis ternis vel denis.

4720 Carinolae.

A P P I E V E T V R I A E A I R V L A E
C O E C I V A E S A B I N I L L A E · C · F ·
C O I V C I E I V S O . . . P . . . D O . . . S E . . . O R O P : O . . . P . . . N . . .
P O S . . . R . . . P A T R O N I S . S . . . D I C . . . M . . .

Menna Carinola 1, 43 vv. non divisus.

Clarissimae feminae cuidam titulum dedicavit ordo Foropopiliensium.

4721 [= 3948] cippus, rep. c. a. 1798 in Casal di Carinola nella masseria di S. Vito ZONA (Vib.). Nunc in museo Neapolitano.

L · V I B I O · F O R T V N A T O · L · I
H A R V S P I C I · A V G · N · M A G I S T R O
A S T V D I I S · P R O C · D V C E N A R I O
S T A T I O N I S · H E R E D I T A T I V M

Descripsi. Edidit Zona et peculiari dissertatione (*Vibio illustrato*. Neapoli 1808. 8. pp. 32) et *iscr. Calene* (1808) p. 14 et *storia di Calvi* ed. 2 p. 231. Fiorelli cat. n. 1370. Henzen 6356.

1 fin. certe non plus una littera, fortasse nulla deest. Sed L· simplex cum interpretationem non admittat, scripsi L(aurenti) [L(avinati)].

4722 litteris aevi sequioris. Casale prope Carinolam in domo Marra.

R O M A E · O B · E X I M I V M
E I V S I N S E A M O R E M · C I V I
E T · P A T R O N O · O R D O · E T · P O
P V L V S · F O R O P O P I L I E N S I V M

Recognovi. Menna Carinola 1, 153.

LV. FORVM POPILII (p. 460).

ad n. 4719. Pro 'in sinistra ripa' scribendum est 'in ripa dextra'; *la Marchesa* regio a Volturmo distat III m. p. septentrionem versus.

ad n. 4724. In fine v littera delenda videtur esse; v. indicem VI s. v. *clarissimus vir*.

LVII. SVESSA AVRVNCA (p. 465).

ad n. 4759. In codice Senensi C. III 27 gemelloque eius Oscottiensi, qui versuum ordinem retinere solent, exhibetur sic:

HIC · NVNC · CAMPANAS · MO
DERATOR · SVBLEBAT · VRBES
VNDE · ORDO · ET · POPVLI · STATV
AM · TRIBVERE · SVESSAE
5 L · D · D · D

ad n. 4760. Lateris inscriptionem codex Senensis C. III. 27 et Oscottiensis ita referunt: OSSIO FALCONE C·IVLIO | ERVCIO·C·L·ARIO·CO | NONIS
SEPTEMBRI | SVESSAE IN BIBLYOTHECA (BIBLIOTHECA Oscott.) M..|DIANA SCRIBVND0 ADEVI | C·IVLIVS·BASSVS. Reliqua deficient.

LVIII. TEANVM SIDICINVM (p. 471).

ad n. 4782. Ad hunc titulum videtur trahendum esse, quod scribit Pontanus de asp. f. 44' ed. a. 1481, p. 77 ed. a. 1538: 'Theanum nomen oppidi, quod tamen in quibusdam monumentis marmoreis sine nota aspirationis scriptum inspexi'.

LIX. RVFRAE (p. 475).

ad n. 4830. Refert item Marcus Mondus, qui exscripsit, in opusculorum vol. 3 p. 37.

ad n. 4838. Eadem redit loco non suo n. 5263, ubi 3 est P·MEMMI|.

LX. VENAFRVM (p. 477).

ad n. 4845. Hodie Resinae; datur ad ectypum n. 1408.

ad n. 4904. Hodie in museo publico Neapolitano n. 111607, ubi vidi a. 1882. Scribe 2 VICTORI — 3 CONIVG.

8380 litteris aetatis sequioris, in aquaeductu vetusto sub Venafro rep. *alla fontana della Grotta*.

GAVINIVS A
ex MARMOR^e DE PVBL^{ico}
faciendum cura VIT

Franc. Lucenteforte misit.
2 MARMORI traditur.

8381 litteris maximis et optimis. Venafri in eodem aquaeductu rep.

[IV]

L
RVM

Franc. Lucenteforte misit.

LXI. ATINA (p. 499).

ad p. 499 n. 5045. In sylloge scripta Neap. p. 64 Donius hanc quoque inscriptionem affert ex eodem libro, ex quo sumpsit reliquas Atinates, id est ex collectaneis Dom. Panicalis; mero errore Gorius auctoritatem subscripsit pertinentem ad aliam quandam in eadem pagina relatam. Similiter n. 5060 in libro scripto p. 183 affertur ex inscriptionibus Dominici Panicalis, altera in eadem pagina scripta P. Glitii Galli 'ex tabulario Civ. Castellanae'.